nō in vtroq̃ ⁊ localiter simul. Et hoc sufficit ad argu-
mentū illud. ¶ Ad 4.m p̃ncipale dr̄ q̃ forma arguēdi
non valet aut nihil cōcludit ꝑ ñem. si aūt reducatur
ad debitā formā. dicendo sic: In quotcūq̃ locis deus
pōt facere subam nālē simul esse mō sacramētali. pōt
eam in tot locis facere simul esse uel ponere mō locali
⁊ sue nature cōuenienti tē. tūc sic negat illa aᵒʳ. qz sub-
stantiā nālē corpis xpi esse in multis locis localiꝗ impli
cat contradictionē. non autē illā eē simul in multis lo-
cis non localiter sed sacraliter ut sepe dictum fuit. nec
valet, pbatio maioris. qz ad faciēdum subam eē simul
in plurib⁹ locis localiter uel mō cōuenienti sue nature
non sufficit ynū mira culū. imo requireꝰ oppositio im-
possibiliū uel icōpossibiliū sc3 q̃ duo ꝓtradictoria eēnt
simul vera. De rōne ꝰo quā recitat arguens. dicen-
dū est sicut ꝑ. dictū fuit in simili rādendo ad p̃mū ar
gumentū eoꝝ q̃ p̃mo loco ꝑ istā ñem inducta sunt sc3
q̃ cōuersio non est formalis rō corpoꝛi xpi essendi in h̄
loco. ꝛ3 potiꝰ species panis qbꝰ mediātib⁹ cōpaꝝ ad lo
cū nō ꝛi localiꝗ ꝛ3 sacraliꝗ. Tlec obstat q̃ tales spēs nō
insūt formaliꝗ corpi xpi. sufficit enim q̃ infuerint sube
panis cui suba corpis xpi successit ⁊ habet aliquā pre-
sentiā ul ynitionē aut alligationē ad illas species. sicut
quātitas in forma corpꝰ humanū ē formalis rō aiē in-
tellectiue essendi in loco. licꝫ non insit aie formaliꝗ nec
econtra, ꝑter aliqualē ynionē coꝝ in tertio sc3 corpe
humano. potissime qz corpꝰ xpi non ē in hoc loco ut in
loco. nec ut subiectū ybi uel situs. ⁊ sic nec formaliter
in loco, ꝓprie. Cum aūt vlterius dicit q̃ possibile ē no-
uitatē eē circa posteri⁹ nulla facta nouitate circa ꝑ.
tē. Dicit q̃ impossibile est ponere nouū respectū sine
nouitate uel inouatione facta circa aliq̃ absolutū ut
alias dictū ē. talis aūt nouitas non apparet in ꝓposito
alia que sufficiat ad nouitatē p̃ntie corpis xpi i loco ul
sacramento nisi noua inceptio alicuꝰ illoꝫ uel ꝑuersio
alicui ꝑ. hic locati in corpꝰ xpi. uel motus ynius ad
aliud. p̃mū ⁊ tertiū nō p̃nt dari. q̃ ꝓs dare zᵐ. sed de h̄i
sequēti qōne latioꝛ erit sermo. ⁊ licꝫ nō oē ꝑ. innouetur
ad innouationē posteriozis. tñ aliq̃ sic innouaꝫ sic
subiectum ad innouationē, ꝑpe passionis q̃ nā posteri-
oꝛ est. ⁊ multe alie instantie dari p̃nt. ¶ Ad 5m negatur
aīs sicut implicans ꝓtradictionē. qd̄ eni diffinitiue est
in aliquo loco. sic est ibi q̃ non alibi. vnde scūs Tho. 3ª
parte. q. 76. arti. 5. in solutiōe p̃mi sic dicit: Corpus xpi
non est in hoc sacramento diffinitiue. qz sic nō eēt alibi
q̃ in hoc altari ybi ꝓficit hoc sacramētū. cū tamen sit
⁊ in celo in, ꝓria specie ⁊ in multis alijs altaribus sub
specie sacramenti. hec ille. Simlia dicit p̃senti dist. q. i.
arti. 3. in solutione 2ᵃ questiuncule. Et p̃ma pte. q. 52.
arti. 2. sic dicit: Diuersimode eē in loco conuenit corpi
⁊ angelo ⁊ deo. nam corpꝰ dicit esse in loco circūscri-
ptiue qz cōmensuratur loco. angelus aūt nō circūscri-
ptiue. qz nō cōmēsuraꝫ loco sed diffinitiue. qz ita est in
vno loco q̃ nō in alio. de⁹ aūt neq̃ diffinitiue neq̃ cir-
cūscriptiue. quia est ybiq̃. hec ille. Tūc ad, pbationē
aīis negati dicit p̃mo q̃ dato casu illo qui multis ap-
paret impossibilis angelus eēt sub specieb⁹ panis con-
uersi in angelū mō sacramentali. nec oporteret q̃ eēt
ibi diffinitiue. sicut nec corpꝰ xpi est diffinitiue sub spe-
cieb⁹ sacramenti. vnde p̃iti dist. vbi statim allegatū est
dicit sic scūs Tho. Ad hoc q̃ aliquid sit in loco diffini-
tiue duo requirūt. primū est ut competat ei ibi esse. qz
quod non ē in aliquo loco nō pōt illo loco diffiniri. zᵐ ē
q̃ sit ibi sicut in loco cōmensurato aliquo mō sue quan
titati uel virtuti. corpus eni cubitale non diffinit loco
vnius cubiti. q̃uis aliquo mō ibi sit. neq̃ aīa est diffini-
tiue in manu. quia etiam ē i alijs partib⁹ eo q̃ nō est in
manu fm suā totā virtutē. ⁊ iō omne qd̄ habet quanti-
tatem finitā uel virtutē finitā ꝓs q̃ sit diffinitiue i loco
in quo est. ⁊ ideo angeli diffinitiue sunt in loco non tñ
deus. Corpꝰ aūt xpi q̃uis fm virtutem suā sit sub spe-
cieb⁹ non tñ competit ei esse ibi rōne sui. qz nec rōne
sue quātitatis ut dictū est. nec rōne sue virtutis. ꝛ3 rō
ne illius qd̄ in ipsū conuersū est ibi p̃ersistēs. cui⁹ dimē-
siones corpis adhuc manent quib⁹ ad locū illū deter-
minabaꝫ. ⁊ ideo non diffinit illo loco. sed simili mō pōt
esse alibi ybiq̃ fuerint dimēsiones panis cōuersi in
ipsum. hec ille. Item ibidē arguit sic. Omne qd̄ pōt si-
ne sua mutatione alibi esse q̃ hic non est hic diffinitiue
, ꝑter hoc eni ponimus angelos moueri. qz loco diffi-
niunt. sed corpus xpi pōt alicubi eē q̃ sub istis specie-
bus sine oi mutatiōe sua uel speciez puta si alibi corpꝰ
xpi consecraꝫ. igit nō ē hic diffinitiue. hec ille. Dicitur
2ᵒ q̃ posito ꝛ3 nō ꝓcesso q̃ angelus esset in loco specie
rum diffinitiue ⁊ mō nāli qualis pōt angelo compete
re non tñ oportet q̃ simul cū hoc esset alibi nāli modo.
qz possibile est angelū nullibi esse localiter. imo nunq̃
est alicubi localiter, ꝓprie loquēdo sicē subiectū ybi uel
situs. nec est in loco sicut i loco p se sed p accidēs rōne
corpozis ab eo assumpti ul moti uel aliqualiē sibi yniti
aut alligati. ⁊ ideo casu illo non oportet q̃ esset simul i
duobus locis localiter. imo nec alicubi localiter, ꝑpe
loquendo. ⁊ de hoc satis dictū est 2ᵒ sen. ⁊ ista possunt
sufficere ad argumenta Scoti. ¶ Ad dicta Aureoli ꝑ
eandē ñem dicitur negando aīs ꝑ p̃me forme. qz sicut
dictū fuit idem corpꝰ esse in eodē loco localiter impli
cat contradictionem p̃mi modi sc3 affirmationē ⁊ ne-
gationem de eodē subiecto iuicē. sequit enim ex hoc
p̃ma contradictio q̃ idem corpus est comp̃hensū a lo-
co. ⁊ idem corpꝰ non ē comp̃ehensū ab eodē loco. zᵃ
est q̃ idem corpꝰ est locatū ⁊ idem non ē locatū. ⁊ multe
alie ꝓtradictiōes supius deducte ex dictis sci Tho.
Cum aūt dicit arguens q̃ in illo casu nō sequit q̃ cor-
pus idē plurificetur fm situs tē. Dicitur q̃ ex illo ca-
su sequitur q̃ corpus non plurificaꝫ cum maneat idē
in duobus locis. ⁊ simul cum hoc sequitur q̃ idē corpꝰ
plurificetur ⁊ non maneat idem nec ynū nec indiuisū.
quia si est in hoc loco localiter. ergo nihil eius est extra
hūc locū. ergo omne qd̄ est i alio loco localiter ē aliud
ab isto corpore ⁊ ab omni parte eius. ⁊ non est hoc cor-

Ayuntamiento de Madrid

pus nec aliquid corporis huius. igiť existens in 2° loco nõ est idē cũ existēte in primo loco. sed aliud. ⁊ sic sunt duo distincta corpa. ⁊ ista sufficiāt Aureolo. ¶ Ad argumētū 5 cõnem risum ē supra, pbatione 2ᵃ ñis per dicta bti Thome in forma ridēdis ad illud. Et hec de questione sufficiant. de qua benedictus deᵒ. amen.

I Terũ circa decimam

distinctionē querit. Utrũ corpus xpi sit in eucharistie sacramēto uel xpus totaliter. Et arguit q̃ non. quia xps incipit esse in hoc sacro p conuersionē panis ⁊ vini. sed manifestũ est q̃ panis ⁊ vinũ non pñt conuerti nec in diuinitatē xpi nec in eius aiam. Cum ḡ xps existat ex trib⁹ substātijs sc3 diuinitate aia ⁊ corpore. videť q̃ xpus non sit totus in hoc sacramento. ¶ In oppositū arguit. q̃ dicit Ambrosi⁹ in li° de sacris. In isto sacramento tot⁹ xps est. ¶ In hac q̃ne tres erũt articuli. In primo ponet ñes. i 2° obiectiōes. i 3° solutiōes.

Quantum ad primũ

articulũ sit prima ñ q̃ xpus ē totus ⁊ totaliter in hoc sacro quo ad omnē sui subam. Hanc ponit scũs Thomas 3ᵃ pte. q. 76. arti. p. vicēs: Qio necesse ē confiteri fm fidem catholicā q̃ totus xpus sit in hoc sacro. Sciendum est tñ q̃ aliqd est i hoc sacro dupliciter. vno mõ ex vi sacramēti. alio° ex nāli cõcomitantia. Ex vi quidē sacramēti ē sub specieb⁹ hui⁹ sacramenti id in q̃d directe conuertit suba panis ⁊ vini pexistens, put figtur pverba forme que sunt effectua in hoc sacro sicut ⁊ in ceteris. puta cũ dr: hoc ē corpus meũ: hic est sanguis me⁹. Ex nāli aūt concomitātia ē i hoc sacro illud q̃d ē ⁊ realiter coniūctũ ei i q̃d pdicta cõuersio terminatur. Si ení aliq̃ duo fūt realiter cõiuncta vbicunq̃ est vnũ realiter o3 ⁊ aliud esse. sola enim opatione aie distinguūtur q̃ fūt realiter cõiuncta. hec ille. Itē. q. 71. arti. 6° in solutione secundi. sic vicit: Aia est forma corpis dãs ei totũ ordinē esse pfectiui sc3 eē ⁊ esse corporeū ⁊ esse aiatũ ⁊ sic de alijs. cõuertitur q̃ forma panis in formā corpis xpi fm q̃ dat esse corporeū. non autē fm q̃ dat esse aiatũ tali aia. hec ille. Similia ponit pseni dñi. q. 1. arti. 2ᵃ in solutiōe prme q̃stũcule. Itē dis. xi. q. 1. arti. p. q̃stũcula 3ª arguit sic 2° loco Illud q̃d nõ mutat in aliqd corpis xpi o3 q̃ post cõsecrationē remanet. sed forma subalis panis nõ cõuertit i aliqd corpis xpi. q. si cõuertere oporteret q̃ conuertere in aiam que ē forma subalis corpis xpi in quā nõ cõuertit aliqd. q̃ forma subalis panis manet. sicut accidentia. Ecce argumentũ. sequtur risio. Dicendũ ingt q̃ aia non ē forma que pficiat vniformiter suũ pfectibile in toto ⁊ in oib⁹ ptib⁹. vnde singule ptes ex aia cõsequuntur pfectione eis, pportionabilē. vnde q̃tuis in aiam xpi fm q̃ est pfectio totius nõ cõuertit aliqd. tñ suba panis tota. ⁊ q̃tũ ad mām ⁊ q̃tũ ad formā conuertit in ipsũ corpus xpi totũ fm q̃ intelligit accepisse congruentes pfectiōes in singulis ptib⁹. q. si ē organicũ ⁊ ppria mā aie. hec ille. Ex quib⁹ pōt formari talis rō. p ñes. Ubicũq̃ ē aliq̃ causata: integra suba xpi ē q̃libet suba xpi. sed in eucharistia est aliqua causata suba xpi. puta caro ⁊ sanguis. ergo ibi est quelibet substātia xpi. puta diuinitas. aia. ⁊ sic de alijs partibus humane nature. ¶ 2ª ñ est q̃ in eucharistia est totus xpus totalitate quantitatis dimensiue sic q̃ tota quantitas dimensiua corporis xpi est in hoc sacramento. Hāc ponit scũs Thomas 3ª pte. q. 76. arti. 4.ª vbi sic dicit: Duplicit aliquid xpi ē in hoc sacramēto. vno mõ ex vi sacramēti. alio mõ ex nāli concomitātia. Ex vi quidē sacramēti quātitas dimēsiua corpis xpi non ē i hoc sacro. ex vi eni sacramēti ē in ℍ sacramento illud in qõ conuersio directe terminat. conuersio aūt q̃ fit in hoc sacramento terminat directe ad subam corpis xpi. non aūt ad dimensiones ei⁹. q̃d p3 ex hoc q̃ quātitas dimensiua panis remanet facta consecratiōe sola suba panis trāseūte ḡre tñ suba corpis xpi realiť nõ diuidit a sua quātitate dimensiua ⁊ ab alijs accidentib⁹. inde est q̃ ex vi realis concomitātie est i ℍ sacramēto tota quātitas dimēsiua corpis xpi ⁊ oia alia accidentia ei⁹. hec ille. Itē arti. 3° sic vicit: Quia in hoc sacro suba corpis xpi est ex vi sacramenti. quātitas aūt dimēsiua ex vi realis concomitātie. iõ corpus xpi est in hoc sacramēto p modũ subē. i. p modũ quo suba ē sub dimensionib⁹. non aūt p modum dimensionũ. id est nõ p illũ modũ quo quantitas dimensiua alicuius corpis ē sub quātitate dimensiua loci. manifestũ est autē q̃ nā subē tota est sub qualibet pte dimensionũ sub quib⁹ continet ⁊c. Item arti. 4.ª arguit sic primo loco. Totum corpus xpi continet sub q̃libet pte hostie consecrate. sed nulla quātitas dimēsiua tota continetur in aliq̃ toto ⁊ in qualibet ei⁹ pte. q̃ impossibile ē q̃ tota quātitas dimensiua corpis xpi contineat in hoc sacro. Ecce argumentũ. sequitur risio. Dicendum inquit q̃ modus existēdi cuiuslibet rei determinatur fm illud q̃ inest ei p se. nõ aūt fm illud q̃d est p accidens. vnde ⁊ dulcedo ē in visu fm modũ albedinis ⁊ non fm modũ dulcedinis. q̃z ergo ex vi sacri hui⁹ est in altari suba corpis xpi. quantitas aūt dimēsiua est ibi concomitant ⁊ q̃si p accidēs. iõ quātitas dimensiua corpis xpi est in hoc sacro non fm ppriũ modũ ut sc3 sit totũ in toto. ⁊ singule ptes in singulis ptibus. sed p modũ subē cuius nā est tota in toto ⁊ tota in qualibet parte. hec ille. Idem ponit. i. q. huius dis. arti. 2° in solutione 3ª et 4.ª q. Item 8° quolibet. q. 8. ponit idem. Ex quib⁹ possunt formari rōnes, p ñes. prma sic. De rōne corpis viui est organizatio que regit diuersũ situ ptiũ. sit⁹ aūt p supponit quātitatē. q̃ o3 q̃ corpus xpi si sit viuũ i sacramēto q̃ fit ibi sub, ppria quātitate. 2° sic. Subiectũ nunq̃ separatur a, ppria passiōe. sed suba corpalis, ppria passio ē quātitas dimensiua. q̃ cũ suba corpis xpi sit sub sacramento ⁊ quātitas ei⁹ dimēsiua erit in sacro. 3° Totalitas corpis attēditur fm totalitatē quātitatis ei⁹. q. fm quātitatē diuidit ⁊ tbs ptes. sed fm Aug. l. totus xps manducat in sacramēto. igiť est ibi fm totam suã quātitatē. 4.ª sic. Impossibile est aliqd eē alicubi fm ptē quātitatis ⁊ nõ fm totã nisi diuisa quātitate ipsi⁹. Is quātitas corpis xpi non diuidit actu. q. corpus illud ē ico rupribile. igiť cũ i sacro ꝛtineatur aliqd quātitatis ei⁹. impossibile ē q̃ ꝛtineatur ibi tota. Itē q̃ncũq̃ duo sunt realiť cõiuncta ⁊ neutrũ excedit reliquũ. sed vtrũq̃ adequat alterũ vbicunq̃ est realiter vnũ illoꝝ ⁊ reliquũ. sed sic ē de corpe xpi ⁊ ei⁹ tota quātitate. igiť ⁊c. Dico aūt notanť q̃ neutrũ excedit reliquũ. ppter instantias q̃ possent dari de diuinitate respectu humanitatis assumpte. ⁊ de aia respectu sue potētiaꝝ. Et in ℍ pm° articulus terminať.

Quantũ ad secundũ

articulũ arguitur cõtra ñes Et quidē contra aliqua contēta in declaratiōe prime ñis sc3 q̃ ex vi sacramenti ꝛtinetur in eucharistia aia rōnalis. nõ inq̃tũ aia sed inq̃tũ dat esse corporeū. Et quidē supponiť q̃ in xpo non ē aliqua forma subalis

Ayuntamiento de Madrid

ꝑter aiam rōnalē que dat ⁊ esse subam ⁊ esse corpus ⁊ eē aiale esse boiem ⁊ cetera: arguit Scotus ꝑmo sic. qz si hostia cōsecrata in cena a xpo i pixide fuisset ꝛseruata in triduo ꝑmansisset ibi eadē res ꝓmo ꝓtenta. illud aūt in qō fiebat ꝑmo cōuersio nō fuit mā ꝑma nec accidentia nec compositū ex mā ⁊ accidēte. g̃ compositū ex mā ⁊ forma subali. illud g̃ sp̃ mansisset in triduo. sed tūc non erat cōpositū ex ꝑma mā ⁊ aia intellectiua. qz xps fuit vere mortuꝰ in cruce. ⁊ ita aia itellectiua vere fuit separata. sed nō pōt simul esse separata ⁊ vnita corpori. igit cē. ¶ Z? qz termin? hui? conuersionis os ꝓ sit ens reale. qz cōuersio est realis. sed aia intellectiua ut dat esse corporeū distinguendo ꝑ esse intellectiuū fm te nō est eē reale ſz tm quoddā abstractū p actū intellect? sicut cōe ē aliqd ꝓter singularia fm te. g̃ ista ꝛuersio non pōt esse in aiam ut ē dans eē corporeū. ¶ Z? sic arguit. Illud corp? ꝓ ponis terminū cōuersiōis ꝑmū ē corp? mathematicū aut corp? nāle. nō enī distinguit pbus corp? in plura. si mathematicum. g̃ includit actu quātitatē. g̃ quātitas esset ibi ꝑmo ex vi cōuersionis. nec erit trāsubstātiatio ſz trāsaccidētatio. si accidēs ꝓ se requirat i termino. si sit corp? nāle. g̃ ē nāle p formā subalē vl p qualitatē. si ꝑmo mō. habet ꝓpositū ꝓ illa forma non ē aia intellectiua. si z? mō cū qualitas nālis ꝑsupponat quantitatē. adhuc habet ꝓpositū ꝓ ꝑim? termin? ꝛuersionis includit mām cū quātitate ⁊ q̃lita te. ⁊ ita erit duplicitер ens p accidēs. ¶ 4? qz nō efficacioꝛa sunt verba sup sanguinē q̃ sup corpus. ſz dicendo: hic ē sanguis uei hic ē calix: sanguinis mei. non pōt ibi fingi termin? ꝛuersiōis sola mā sub mō quātitatiuo qz illud non ē sanguis cū sanguis dicat aliqd subam que gīnat a nutrimento sūpto. ⁊ ē primū cōuertendi i carnē nec gīnaret nec ꝛuerteret nisi haberet ꝓpriam formā subalē. ¶ ? qz cū vt Est corp? nō ponit ad disrahendū de veritate carnis ⁊ ossis ⁊ huiusmodi sed potius ut includit oēs ptes ei? qō ē ꝑmo aiabile. sed si diceret: hec ē caro vl os. fictio videret ponere terminū cōuersionis eē tātūmodo mām sub mō quātitatiuo vel mām sine forma subali. g̃ multo magis in ꝓpposito accipiendo corp? ut ē quoddā includens oīa illa sicut hic accipit. ¶ ? qz ista via nō solū nō saluat sufficienē veritatē eucharistie ſz nec saluat veritatē rei cōtente in eucharistia fm veritatē corporis ⁊ sanguinis xpi. qz sic in existētia māli. ita ⁊ in eucharistia erat idē corp? viuū ⁊ mortuū ut, pbat ꝑ multas auctoritates sactoꝛ. Simile nec idēptitate sanguinis effusi sup terrā de latere xpi mortui. hec ille. cū multis aliis rōnib? adductis sup z? sen. in mā de pluralitate formaꝝ in hoie q non fuit ad pōs, ꝓpositū. iō non recitanē. ¶ Cōtra eandem ?nē arguit Aureol? ⁊ fm idē triplicē. ꝑquia qrī aliq̃ differūt sola rōne. impossibile ē ꝓ p aliquā actionem attingat vnū ⁊ nō aliud. ſz aia ut dat esse corporeū p te sola rōne differt a seipsa ut dat eē intellectiuū. trāsubstantiatio aūt ē actio realis. g̃ impossibile ē ꝓ attingat aiam ut dat esse corporeū gn attingat eā ut dat eē intellectiuū. g̃ vi ꝛuersiōis eē directe aia ē in sacr̄o ut dat esse intellectiuū sic ut dat eē corporeū. g̃ videt cōtradictio ꝓ termin? ꝛuersiōis sit aia dās eē corporeū. ⁊ ut ē intellectiua sit tātūmodo fmin? p cōcomitātiā. ¶ Z? sic. nam Innocēt? i de officio misse dicit: Ego inquit vitā etnā habere desidero. iō carnē xpi comedo veraciter illā quā extraxit de virgine. Tūc sic. Si in triduo aliqs aplꝰ ꝓfecisset. aut fuisset illa caro q̃ bodie est aut nō. si sic. habet, ꝓpositū. qz illa caro que tūc fuit nō includebat aiam xpi ut dat eē corporeū. ſz aliā formā carnis. Si ?o nō sit eadē caro q̃ hodie ē i eucharistia ⁊ illa q̃ fuisset in triduo. g̃ nō ē sacr̄m sp̃ vniforme Et segt̃ vlterī ꝓ illa caro q̃ ē hodie nō ē illa a q̃ fluxit sanguis i cruce ⁊ q̃ iacuit i sepulchro. qz sanguis exuit a carne separata ab aia rōnali. ut habet Joh. 19? Similer segtur ꝓ hodie nō fit trāsubstātiatio i sanguinē q̃ emanauit de xpi latere. qz ille nō erat aiat?. ¶ Z? sic ex eadē auctoritate. nā dicit ibi Illā carnē māducо quā xpus de virgine traxit. sed ?stat ꝓ xpo nō traxit de virgine aiam cū aia non sit ex traduce. igit cē. hec Aureolus in forma. ¶ Contra cādē ?nē arguit Henric? 9? q̃libet q. 8. dicēs post multa argumenta qb?, pbat in homine esse aliā formam subalem ꝓter aiam rōnalē. infert sic. Ex parte corporis ꝑz in quid fit cōuersio: qz in corp? aliā formā hris ꝓter aiam rōnalē. Item videndū est ex ꝑte ꝛuersionis. qz tota suba panis ꝛuertit in verū corpus xpi. qz ē ibi ⁊ nō aliter nisi ꝑ cōuersionē. ⁊ iō cū mā non fit corp? nō fit cōuersio in solā mām. tūc enī cū minus esse habeat mā q̃ forma subalis hris mat? ⁊ veri? esse. cōuertere ē actio diuina in min? eē. qō ē īcōnenies. qz sic de? nulli ē cā tendēdi i nō eē fm Aug]. 83. qōnū. ita nec tendēdi in min? esse. qz vtrūq; sonat in defectū. g̃ tota suba panis nō ꝛuertit in mām. Itē nec i mām cū intentiōe corporeitatis absq; re alicui? forme. qz sic nō eēt ꝛuersio in corp? reale ſz rōnis. vnde nō fit ꝛuersio in rē que est aia rōnalis. sicut nec i diuinitatē. ſz quedā noua positio dicat ꝓ conuersio fit i aiam fm ꝓ dat eē corporeū. non aūt fm ꝓ dat esse aiatū tali aia. sed si ſ esset tunc non esset cōuersio in corp? generatū ex ?gine. qz aia rōnalis fm nullā rōnē generata ē. qō falsū ē. qz dicit Ambrosi? ꝓ ?ficimus corp? qō de virgine est. ¶ Z? qz si ita esset tunc in triduo aia separata a corpe non potuit dici ꝓ corpus xpi fuit in sepulchro nisi fm materiā. nec fuisset facta consecratio nisi i nuda materiā ⁊ nō in corp?. qz deficiebat termin? ꝛuersionis. qz corpus xpi nō ē corpus ut dicūt nisi ab aia rōnali. nec fuit illud corp? idem viuū ⁊ mortuū nisi vnitate suppositi. ⁊ sic in triduo nō fuissent vera verba ꝛsecrationis: ſ ē corpus meū. ¶ Z? Si hostia cōsecrata ante mortē xpi fuisset seruata cū aia separata in morte nō māsisset corpus. ⁊ sic manēt ib? species? defecisset res sacramēti. ⁊ non fuisset corp? xpi sub hostia: que sunt incōuenientia. nec possunt euadi nisi ponendo formā aiā in hoie ꝓter aiam. fit ergo cōuersio in tale corpus qō māsit in triduo idem qō ꝓius. ⁊ consecratū remansisset nisi ꝓ hora mortis in cruce mortuū fuisset per separationem anime. Unde dicit Guilielmus altisiodocen ꝓ si corpus xpi fuisset seruatū in pixide cōcedenda esset ista: corp? xpi mortī i pixide. nec ꝑ hoc intelligitur aliq̃ noua ꝓprietas aduenire. ſz sensus ē: aia xpi incipit nō eē ſ. ⁊ sic nō ē ponēdū ꝓ manet mā nuda sine forma nec ꝓ forma cadaueris itroducat. ⁊ sic stat ꝓ diuinitas ⁊ aia non fuit in sacramento ex vi sacramēti ſz sint ibi p naturalē concomitantiā q̃dū aia conuicta fuit ꝓter triduū. ⁊ ideo non valet qō moderni dicūt ꝓ cōuersio fit in animā fm ꝓ dat eē corporeū. tri ut est rōnalis non est ibi nisi ꝑ concomitantiā. imo fit cōuersio in corpus qō habet aliam formā. in bruto aūt cum nō sit alia forma q̃ anima si virtute diuina fieret conuersio alicui? in corpus bruti. dicendo: hoc est corpus bruti. anima bruti esset ibi vi verborū ⁊ non ꝑ concomitātiam quo ad illud qō est ibi fm rem. quo ad rationem aūt vegetabilis ⁊ sensibilis non esset cōuersio i cor-

Ayuntamiento de Madrid

pus. sed tñ in mãm ⁊ partes eius que corpus non appellatur. hec Henricus in forma. ¶ Contra 2ᵃᵐ ꝓnem arguit Durandus probando q̃ in eucharistia non sit quãtitas dimensiua corporis xpi. ꝓmo qz nõ sequitur: quantitas xpi non separatur a corpore suo. ergo est cum corpore in sacramento p cõcomitantiã. sicut enim locus celi non separatur ab eo fm contactũ qui tñ non. ppe hoc est in sacramento. sic videtur esse hic. ¶ 2º sic. Cessante causa cessat effectus. ⁊ ideo cũ corpus xpi sit. ꝓpter ordinẽ quem habet ad species ut suba nõ ut quãta. ergo est hic substantia ⁊ non quantitas. ¶ 3º quia q̃ aliqui arguunt vs. dicunt enim q̃ non sequitur: deus facit calidũ prius califactibili. nisi cõpetur ei in rõne calefacientis suspendendo actionẽ ⁊ retinendo calorem ergo in se nõ est calidũ vel calefactiuũ. ergo licꝫ nõ faciat quantitatem corporis xpi esse in se indiuisibilẽ. qz hoc esset contradictio. potest tñ facere ipsam cõparari ad species que sũt extra modo indiuisibili. hoc autem nõ est simile. quia qõ sequit ad apprximationẽ agentis ad patiẽs est aliquid absolutũ qõ deus põt impedire. sed sicut non põt facere q̃ quãtitates vnius rõnis ad inuicem compare vna non sit inferior alia vl̃ equalis. sic etiam nec quãtitates ad inuicẽ gn vna sit maior aut minor aut equalis. quo facto sic non comparetur dissimilẽ ad totũ ⁊ partẽ. vel pars ad partẽ. ⁊ totũ ad totum ⁊c. ¶ 4º sic. Impossibile ẽ q̃ quantitas comparetur quãtitati mõ nature incõpossibili. sed modus nature quãtitatis ẽ diuisibilitas. q̃ impossibile ẽ q̃ quantitas comparetur modo indiuisibili. sed si quãtitas corporis xpi presens esset specieꝫ mõ sube comparetur ad eas modo indiuisibili. igitur ⁊c. ¶ 5º quia substantia potest cõpari ad locũ circũscriptiuũ mediãte quãtitate quã habet. ⁊ sequit modũ quantitatis. qz B non repugnat sue nature. licꝫ enim suba nõ sit diuisibilis aut quanta fm se. est tamen quãta ⁊ diuisibilis p accidens rõne quãtitatis sibi inherẽtis p quã extẽdit. sed quantitas cũ de rõne sua itrinseca habeat partes possibiles distinctas. ⁊ p hoc sit diuisibilis. nullo mõ põt sibi competere respectu cuius scilꝫ alteri⁹ indiuisibiliter se habere. ꝓpter qõ nõ cõpari põt ad locũ mõ sube ut tota sit sub speciebus ⁊ tota sub qualibet parte. ¶ 6º qz alia rõnalis que fm se ẽ indiuisibilis q̃tus sit i corpore quãto ⁊ mediãte eo sit in loco. tamẽ non comparaꝫ nec cõparari põt diuisibili seu quãtitatiue ad ipsum corpus quantũ nec ad eius locũ. imo ipsa tota est in corpore ⁊ in qualibet parte corporis. ⁊ similiter se habet ad locũ continens corp⁹ suũ. ergo similiter quãtitas que de se ⁊ de natura sua intrinseca est diuisibilis. quia hꝫ partes positione differentes q̃tus sit in substantia que de se est non quanta nec diuisibilis non põt rõne substantie comparari ad aliquid indiuisibiliter. sed necessario comparatur quãtitatiue ⁊ diuisibiliter. ita q̃ necessario se habet dissimiliter ad totũ ⁊ ad qualibet eius prẽ ⁊ sic si quantitas corporis xpi est in sacramento per concomitantiã ad substantiã. non apparet possibile qualiter ipsa tota possit esse equaliter pñs speciebus ⁊ cuilibet parti speciẽrum. ¶ 7º quia vbicunq̃ est suba in se realiter ibi est substantialiter. quia iste modus est ab ea inseparabilis. ergo similiter vbicunq̃ est quantitas in se realiter est ibi quãtitatiue. qz iste modus ẽ sibi essentialis vel insepabilis. sed illud qõ inest quãtitatiue alicui non põt comparari ad totũ vel eius partẽ consimiliter. igitur ut pus. hec Durandꝫ. ¶ Contra eandẽ ꝓnẽ arguit Scotus. pbando q̃ modus ponendi corp⁹ xpi quantum non quantitatiue in eucharistia nõ sit cõueniens. p̃ quia vniuq̃q̃ sue sit primus terminus transubstantiationis siue secundus. si tamen est ibi habet ꝓprietates suas que sibi necessario ⁊ naturaliter conueniũt. quod pbatur ex eo q̃ si deus creet substantiã quantam vel nã generet substantiã ut concomitetur quantitas vtriusq̃ ꝓductionis. primus terminꝫ ẽ substantia ⁊ terminus concomitans est quãtitas. ⁊ tamen tam in genito q̃ increato quantitas habet suũ modũ realem sicut haberet si primo terminaret aliquã mutationem. ⁊ hoc pbatur p rõnem. quia alia habitudo ad agens non variat naturã rei hoc ẽ pma vel 2ª mediata vel imediata. dũ tamẽ ꝓducatur. qz nec habitudo ad aliud agẽs variat nãm rei actc fm Aug. 3º de trinitate ca. 9º. Non ergo carebit quãtitas suo ꝓprio modo naturali. ꝓpter hoc tñ. quia non ẽ prim⁹ termin⁹ transubstantiationis. dum tñ sit ibi realiter siue primo siue 2ª p illam mutationem. ¶ 2º sic. Si p conuersionẽ sit terminus ad quẽ vbi pus fuit terminus a quo. ergo modus essendi huius ⁊ illius erit similis ille saltẽ qui põt esse cois vtrisq̃. sed panis conuersus erat hic quãtitatiue suo mõ. quia sub quãtitate habens partem extra partem. ergo ⁊ substantia corporis xpi existens hic ex vi conuersionis erit hic suo mõ quãtitatiue habens scꝫ partẽ substantie sub parte quãtitatis. ⁊ tunc quãtitas eius erit hic. ꝓprie dumẽ siue. ¶ 3º quia positio q̃ est differentia quãtitatis necessario est in quanto continuo pmanenti. ⁊ istam oportet saluari in ꝓposito que scilꝫ dicit ordinem partũ in toto. non enim ẽ intelligere aliquid eẽ dimensionatũ gn sit significare in toto ordinẽ huius pris ad illã fm quantitatẽ interminatã. hec ille. ¶ Contra eandem arguit Aureolus. pbando q̃ nõ iõ quãtitas corporis xpi in eucharistia absoluitur a legibus quantitatis. quia non est ibi nisi p concomitantiã ꝓmo qz fm te dumẽsiões interminate nõ sũt i mã nisi per formã ita q̃ concomitantur formã in materia. ⁊ generatio que per se terminatur ad formã terminãt secundario ⁊ per accidens ad quantitatem. ⁊ quãtũ dat generans de forma. tãtũ dat de quantitate. sed hnõ obstante q̃ quãtitates sint in materia p concomitantiam non absoluũtur in se a legibus quãtitatis. alias omne corpus esset indiuisibile fm suam quantitatẽ ⁊c. ¶ 2º quia si ratio tua sit bona q̃ quia substãtia est ibi sine legibus quantitatis. ideo ille dimensiones sint sine proprietanbus quantitatis eo q̃ sunt ibi p concomitantiã sube. p eandem rõnẽ sequitur q̃ iste dimensiones ibi sint ad indiuisibilitatẽ reducte. qz sũt ibi modo substantie que de se indiuisibilis est. ¶ 3º quia omne accidens ⁊ si sit posteri⁹ suo subiecto. in illo tamẽ posteriori q̃ adueniet subiecto ponit suũ effectũ formalem ⁊ suaꝫ passionũ circa subiectum. sicut albedo in posteriori quo aduenit subiecto dat esse albũ. sed perte i sacramẽto altaris est vera quãtitas corporis xpi realiter lꝫ p accidens. q̃ in illo posteriori habit esse quantũ corpori ⁊ alias passiones quãtitatis. ¶ 4º Illud qõ cõcurrit cũ substantia ad fundandũ ordinem ad diuisibilitatẽ videtur habere p se ordinem ad illam. sed quantitas cũ substantia concurrit ad fundandũ illũ ordinem. quia illa substãtia corporis xpi aut est diuisibilis aut indiuisibilis. si ut fundat illũ ordinẽ ptiũ ad inuicẽ sit diuisibilis. q̃ p quãtitatẽ. ⁊ habeꝫ ꝓpositũ. si sit idiuisibilis. q̃ non habet partes. ⁊ sic corp⁹ xpi in sacramento. nõ habet caput nisi plura mẽbra. hec ille in forma. Et i hoc secundus articulus terminatur.

Ayuntamiento de Madrid

Quantũ ad tertium articulũ rñdendũ est obiectionib⁹ supradictis. Et quidẽ ad ꝓmũ Scoti 5 ꝓmã ꝓnẽ dicit q⁹ in illo casu quẽ tangit argumentũ. eodem mõ remansisset in eucharistia res ꝓmo ibi cõtenta eadem numero uel specie. sicut remansit eadẽ extra eucharistiã puta in sepulchro ul sub terrã. nec oꝝ dare matorẽ idẽptitatẽ corpi uel sanguini xpi, ptũc in eucharistia q̃ habuerit, ptũc extra eucharistiã. corpus aũt ⁊ sanguis xpi in triduo nõ fuerũt eẽ eucharistiam eadẽ que ꝑ̃ idẽptitate specifica, ꝓpter vnitatẽ alicui⁹ forme subalis remanẽtis in corpe xpi uel sanguine mortuo. ⁊ ꝑ̃ existentis in viuo. sed fuerũt eadẽ numero, ꝓpter tria sc3, ꝓpter vnitatẽ materie, ꝓpẽ vnitatẽ suppositi. ⁊ ꝓpter vnitatẽ eiusdẽ eẽ actualis existentie fm q⁹ declarat Bernard⁹ de gãnaco. in ipugnatiõib⁹ quolibet 9° Henrici. q. 8. et p̃ quolibet. q. 4. et 2° quolibet. q. 2. et 3. Item scũs Tho. 3ª pte. q. 58. arti. 5° sic dicit: Hoc q̃d̃ dico simpliciter põt duplicit accipi. Uno⁰, put simpliciter idẽ ẽ q̃d̃ absolute. sicut simpliciter dr̃ q̃d̃ nullo adito dr̃. ut pbꝰ dicit. ⁊ hoc mõ corp⁹ xpi mortuũ ⁊ viuũ fuit simpliciter idẽ numero. dr̃ enim simpliciter aliqd̃ eẽ idẽ numero. qz ẽ idẽ suppositũ. corpus aũt xpi viuũ ⁊ mortuũ fuit suppositũ idẽ. qz non habuit aliã ypostasim viuũ ⁊ mortuũ ꝑter ypostasim verbi dei. ⁊ hoc mõ loquitur Aug⁰ in epla ad Epitetum dicens. Circũcisio corpi ⁊ potato ⁊ manducanti elaborantẽ ⁊ in ligno affixo inerat impassibile ⁊ incorporeũ dei verbũ. hoc erat in sepulchro positũ. Alio⁰ simpliciter idẽ est q̃d̃ oio uel totaliter. ⁊ sic corp⁹ xpi viuũ ⁊ mortuũ nõ fuit simpliciter idem numero. qz nõ fuit totaliter idẽ cum vita sz aliqd̃ de essentia corpis viuentis. est enim ꝑdicatum essentiale nõ accidentale. vnde ꝓsequẽs ẽ q⁹ corp⁹ q̃d̃ desinit esse viuũ nõ totaliẽ idẽ remaneat. Si aũt diceretur q⁹ corp⁹ xpi mortuũ totaliter idẽ numero remaneret. sequit q⁹ nõ eẽt corruptũ: corruptiõe dico mortis q̃d̃ est heresis gaionitꝝ. ut dicit Isidorus. ⁊ habet in decretis. z 4. q. 3. ⁊ Damas. dicit in 3° li⁹ q⁹ nomen corruptiõis duo ligt. vno⁰ separationẽ aie a corpe ⁊ alia hꝰ. alio⁰ dissolutionẽ in elementa. q̃ incorruptibile vicere corpus vrũ fm Iulianũ ⁊ Galanũ fm ꝓmũ corruptionis modũ ante resurrectionẽ impiũ est. quia corp⁹ xpi nõ eẽt confubale nobis. nec in veritate mortuum esset nec fm veritatẽ saluati essem⁹. 2° mõ aũt corp⁹ xpi fuit incorruptum. hec ille. Item 4° quolibet. q. 4. querit Utrũ ocul⁹ xpi post mortẽ fuerit equiuoce oculus. ⁊ respondet sic. Equiuocũ ⁊ vniuocũ fm rõnem diffinitiuã dicunt eandem. rõ autẽ diffinitiua cuiuslibet speciei sumitur a forma specifica ipsius. forma aũt specifica bois est aia rõnalis. vnde remota aia rõnali non põt remanere bõ vniuoce sed tm̃ equiuoce. oportet aũt idẽ accipere in partibus q̃d̃ est i toto. nam sicut aia se habet ad totũ corp⁹. ita pars aie se habet ad ptẽ corporis. ut visus ad oculum. ut dicit 2° de aia. vnde separata aia a corpore. sicut nõ dicit homo nisi equiuoce. ita nec dicit oculus nisi equiuoce. ⁊ hoc indifferenẽ siue p̃supponatur aia forma subalis in corpore anteaiam rationalem ut quidam volũt. siue non ut magis videtur consonũ veritati. q̃cunq; enim p̃ncipio ꝓ̃ essentialiũ subtrahat iam nõ remanebit eadem rõ speciei. vii nec nomẽ vniuoce dicẽt. solo aũt hoc mõ recedẽte aia remaneret corpus humanũ ⁊ eius ptes fm eandem rõnẽ speciei si aia nõ vniret corpi ut forma. sz tũc sequeretur q⁹ nec p vnitionẽ aie esset subalis. g̃ratio nec p separationẽ corruptio. q̃d̃ quidẽ ponere in corpore xpi ẽ hereticũ rẽ. Itẽ 3° quolibet. q. 1. sic dicit: De xpo in triduo mortis possumus loqui dupliciter. Uno mõ q̃tũ ad pson̄ uel ypostasim. ⁊ sic est idẽ numero simpliciẽ q̃ pus fuit aut q̃tũ ad nãm hũanã. ⁊ hoc dupliciter. Uno mõ q̃tum ad totã nãm q̃ humanitas dicitur. ⁊ sic xpus nõ fuit homo in triduo mortis. vnde nec idẽ homo nec alius bõ. sed eadem ypostasis. aut q̃tum ad ptes humane nature. ⁊ sic aia quidẽ oio fuit eadẽ numero eo q⁹ nõ est transmutata. fm corp⁹ ꝓ̃o fuit idem numero fm mãm sed nõ fm formã subalem que ẽ aia. vnde nõ põt dici q⁹ simpliciter fuerit idẽ numero. quia quelibet differentia subalis excludit idẽ simpliciẽ. aia aũt est differentia subalis. ⁊ ideo mori est corrumpi nõ alterari tm̃. Nec iterũ põt dici q⁹ sic non idẽ uel aliud. quia non est fm totam substantiam non idem uel aliud Dicendũ est ergo q⁹ fm quid est idẽ. ⁊ fm quid nõ idẽ. fm materiã enim est idem. fm formã ꝓ̃o non idem. hec ille. ⁊ similia dicit multis aliis locis. Ex q̃b⁹ apparet q⁹ corpus xpi in triduo nõ fuit oio idẽ q̃d̃ ad vũ viuere. nec p ꝓsequens res ꝓmo contẽta in eucharistia in nocte cene ⁊ contẽta in eucharistia in triduo sepulture fuit oio eadem. sed fm quid illo triplici mõ quẽ ponit Bernard⁰ de gannaco vbi suꝑ. nã corp⁹ xpi ꝓtentũ in eucharistia tempore mortis dicit q̃d̃ compositũ ex materia ꝓma ⁊ ex aliq̃ forma subali dante esse corporeum. non aũt esse viuũ uel aiatũ. corpus autẽ xpi viuẽtis dicit compositũ ex materia ⁊ aia rõnali, put dat esse corporeũ de genere sube ipsi materie. constat aũt illa duo composita non oio esse idẽ ut sepe dictũ fuit. Ueritamẽ ad istud argumẽtũ põt dici aliter sc3 q⁹ in casu argumenti sub eucharistia continebat mã ꝓpius informata ab aia. Et similiter aia xpi, put continet virtualiẽ formã corporeitatis nõ quidẽ ut informãs materiã sed assistẽs illi. Et hanc solutionẽ ponit Berne⁰ in tractatu de pluralitate formarũ rñdendo ad. i. 43ᵐ argumentũ q̃d̃ est tale in forma. ponat q⁹ aliqs consecrasset in die cene ⁊ reseruasset hostiam vicq; ad sabbatum sequens. tũc quero vtrũ corpus xpi sit sub illa hostia sacramentaliter aut nõ. non põt dici q⁹ non. qz manẽte hostia videt manere ibi idẽ corpus xpi sub hostia. si aũt ponat corpus xpi eẽ sub hostia. quero vtrũ corpus xpi viuũ. sit sub ea. aut corp⁹ xpi mortuũ. non corpus xpi viuũ. quia tunc non erat viuũ. nec corpus xpi mortuũ nisi remanserit aliqua forma corporeitatis q̃ fuerit in viuo in quã facta fuerat illa conuersio. quia si noua forma est introducta in morte in quam non fuit conuersa forma panis. illa forma corpis mortui nõ eẽt sub sacramento virtute sacramẽti sz sola materia pima. ergo oportet ponere in xpo aliquã formã corporeitatis ꝑeter animã in quã fiat illa cõuersio predicta Ecce argumentũ q̃d̃ est virtualiter idem cũ argumento Scoti. Sequit responsio. Dicendũ inquit q⁹ fm q̃dam corpus xpi mortuũ esset stãte ypothesi sub sacro solum quo ad mãm. Aliter põt dici q⁹ corpus mortuũ põt dici illud q̃d̃ p mortẽ est generatũ. ⁊ tale corp⁹ mortuũ est cadauer. cadauer enim non corrũpit p mortẽ: quia quod ẽ corruptũ iam non est sed magis genitum ⁊ tale corpus mortuũ non esset sub sacramẽto stante ypothesi xtute sacramẽti nisi solũ q̃tũ ad primã materiam. Alio modo dr̃ corp⁹ mortuũ corpus quod fuit viuũ q̃d̃ p mortẽ ẽ corruptũ. ⁊ tale corpus mortuũ idẽ est realiter q̃d̃ hõ mortuus. ⁊ tale corp⁹ mortuũ stante ypothesi fuisset in sabbato in sacramẽto q̃tũ ad suas

Ayuntamiento de Madrid

ptes que sunt anima rōnalis ⁊ materia ꝓma q̄ in mor
te cuiusl̄ibet bois remanent licz diuisim. Et si dicatur
contra hoc q̄ non remanerent diuisim si coniunge
rentur in sacramēto. Dico q̄ licz fm esse sacramenta
le quo sunt in sacramento vniren⁹. non tamen vnum
vnitur alteri ut forma materie. ꝓma quidem vnio nō
repugnat morti sed z⁹. vnde q̄tum ad diuisionem op
posita z⁹ vnioni stante ypothesi adhuc remanerēt diui
sa f̄ mortē. hec ille. ⁊ hec sufficiāt ad primū Scoti. ¶ Ad
z^m negatur b^a. licz q̄ aia rōnalis ut dat esse corporeū
nō sit ens reale l̄z tm rōnis. Nec valet, pbatio p similē
de coi abstracto a singularib⁹. cum enī dicit aia rōna
lis ut dat esse corporeū preter esse rōnale ⁊ hꝰ. nō intē
do dicē aliq̄ō cōes sic abstractū a singularibus q̄ itelle
ctū nec aliq̄ō ens fabricatū p intellectū. puta actū in
tellectus aut speciem pteuia actui aut cōceptū termi
nauē actū intelligendi aut respectū rōnis ut aliq̄ō tra
le. sed dico meram realitatē aie p̄out continet in se
virtualiter ⁊ realiter l̄z non formaliter formā subalem
de genere subē que nata est dare materie uel composito
esse corporeū ⁊ non esse viuū uel aiatū aut rōnale
eo modo quo forma supior continet inferiorē eiusdem
generis subalterni respectu subiecti capacis vtrarūq̄.
Nec etiā dicimus q̄ aia ut dat esse corporeū distinctū
ab esse rōnali sit i sacramento hoc mō q̄ distinctio illa
q̄ē mere ⁊ p̄cise rōnis sit p̄ius⁹ tmn⁹ uel pars aut acci
dens aut conditio p̄mi termini conuersionis in actu l̄z
in potēia fundet talē distinctionē rōnū aut distinctio
nū aut respectuū rōnis. ⁊ ideo arguēs false recitat po
sitionē sancti Tho. in hoc q̄ talis distinctio sit aliquid
termini conuersionis. ⁊ p̄o hoc multū bene loquitur
Perneus vbi sup̄ in solutione. 13^a argumēti vbi sic di
cit: Sciendū inquit q̄ qi in aliqua essentia simplici in
uenitur plures p̄fectiones q̄ licz i alijs rebus plurificen
tur. realiter tn in illa re simplici sunt vnū realiter ⁊ sola
rōne differunt. tunc inq̄tū inuenitur in illa p̄ncipiū
alicuius actus fm vnā illarū. ⁊ non fm aliā. illa vna ⁊
eadem realis essentia d̄ fm alterā illarū p̄fectionū p
se requiri ad illū actū ⁊ fm alterā non requiri p se sed
concomitatiue se habere sicut eadē diuina essentia est
natura ⁊ voluntas. ⁊ realiter ē natura ⁊ realiter ē vo
luntas. ⁊ voluntas ⁊ natura in ea non differūt realiter
sed sola rōne. ⁊ tamē in generatiōe filij essentia diuina
ut natura est p se p̄ncipiū p̄ducriuū. sed ut volūtas ha
bet se cōcomitatiue. nō gn essentia que realiter est vo
luntas vere ⁊ realiter sit illud q̄d est p̄ncipiū p̄ducriuū
filij. sed q̄z ad hoc q̄ talis essentia sit p̄ncipiū p̄ducriuū
filij non requirit q̄ ipsa fm q̄ē hꝰ p̄ncipiū sit volūtas
ut voluntas. Et sicut si eadē essentia eēt calor ⁊ calor
diceretur calefacere fm q̄ ē calor. sed fm q̄ est calor
ꝓcomitatiue se haberet. ita etiā licz illud in quod con
uertitur forma panis sit realiter ⁊ essentialiter forma
corporeitatis ⁊ sit anima. tamen non est terminus in
eo q̄ anima sed in eo q̄ forma corporeitatis. quia da
to q̄ illa essentia non esset anima ⁊ esset forma corpo
reitatis. adhuc conuerteretur in eam forma panis. q̄z
verba sacramenti efficiunt q̄d signt. ⁊ signt conuersio
onem fieri in corp⁹. sic ergo essentia in quā conuertit
forma panis. ⁊ est forma panis ⁊ est anima. sed tamen
est ibi concomitatiue inq̄tū est anima. quia accidit illi
essentie q̄ sit anima ad hoc q̄ fiat in eam cōuersio for
me panis. sicut etiā in generatione filij dicitur conco
mitatiue se habere volūtas. hec ille. Itē in risiōe. i. 4°
melius facit ad ꝓpositum. argumentū enim. i. 4^o^m, ta
le est. Terminus conuersionis ē res vera. intentiones
autem fm quas eadē res potest rōne differre a seipsa
ut est corporea. ⁊ ut est animata non sunt termini con
uersionis nisi p accidens. Ex tū autem que sunt termi
ni p accidens ipsius conuersionis qua rōne vnū ponit
esse terminus ⁊ aliud. ergo nō potest dici q̄ forma pa
nis conuertatur in animam ut dat esse corporeū sicut
non cōuertitur in ipsam ut dat esse animatū. Ecce ar
gumentū. sequitur responsio. Dicendum inquit q̄ b^a
suppouit falsum scilicz q̄ esse corporeū ⁊ esse aiatum
siue forma corporeitatis ⁊ anima dicant intentiones
logicas siue entia ratiōis. hoc enim est falsum. imo for
ma corporeitatis ⁊ anima dicunt res veras. ⁊ ideo qi
ponitur q̄ forma hominis fm q̄d dat esse corporeū sit
terminus conuersionis. non ponitur terminus p acci
dens. sed ponitur termin⁹ p se. Sed si quera⁹: q̄re etiā
ipsa anima cum sit eadē realiter cum forma corporei
tatis non sit terminus huius cōuersiōis p se ⁊ fm q̄ est
anima. Dico q̄ hui^us causa ē. quia dato q̄ illa eēntia nō
esset anima. tū tamē esset forma corporeitatis adhuc
fieret in eam conuersio. sed si esset aia ita q̄ non esset
forma corporeitatis non fieret in eam conuersio. hec
ille ⁊ bene ⁊ sufficienter ad z^m Scoti cū pcedentibus.
¶ Ad 3^m eius dicitur q̄ corpus in quod fit conuersio
est corpus nāle ⁊ physicū p formā substantialem que ē
anima ut dat esse corporeum. ⁊ ideo neganda est b^a
cum dicit q̄ illa forma non ē anima intellectiua. ¶ Ad
4.^m dicēdū q̄ cū dicitur: hic est calix sanguinis ⁊c. ter
minus conuersionis nullo modo includit animam sed
aliquam aliam formā substantialem dantē esse corpo
reum ⁊ sanguineū. quia fm multos anima nullo mō
est forma substantialis sanguinis licz sit forma substā
tialis omniū partū corporis puta carnis ossis nerui ⁊
similiū. secus est de sanguine qui non est actu pars ani
malis sed tantūmodo in potentia. Et licz de hoc diffu
se dictum sit z^e sen. tamen hic recito dicta sancti Tho.
in qōnibus de anima. q. 9. vbi sic dicit: Inter omnia cē
est illud quod imediatus ⁊ intimius conuenit rebus
ut dicitur in li^o de causis. vnde oportet q̄ cū materia
habeat esse actu per formam q̄ forma dans esse ma
terie ante omnia intelligatur aduenire materie ⁊ ime
diatius sibi inesse. Est autem hoc, p̄prium forme sub
stantialis q̄ det materie esse simpliciter. ipsa enim est
per quam res est hoc aliquid. non autem per formas
accidentales habet esse simpliciter sed esse fm quid
puta esse magnū uel colorati uel aliquid tale. Si qua
ergo forma est que non det materie esse simpliciter. l̄z
aduenīat materie ex consequēti i actu p aliā formā nō
erit forma substantialis. Ex quo patet q̄ inter formā
substantialē ⁊ materiā nō potest cadere aliqua forma
substantialis media sicut quidam volunt ponentes q̄
fm ordinem gene⁹ quorum vnū sub altero ordinatur
est ordo diuersarū formarum in materia ut puta dica
mus q̄ materia fm vnam formā habet q̄ sit substātia
in actu ⁊ fm aliam q̄ sit corpus. ⁊ sic deinceps. Sz hac
positione facta sola p̄ma forma que faceret esse sub
stantiam in actu esset substātialis. alie ꝓ omnes acci
dentales. quia forma substantialis ē que facit hoc ali
quid ut iam dictum est. oportet ergo dicere q̄ eadem
forma numero sit p quā res habet q̄ sit substantia ⁊ q̄
sit in vltima specie specialissima ⁊ in omnibus intme
diis generibus. Relinquitur ergo dicendū q̄ cū forme
rerū naturaliū sint sicut numeri in gb^o ē diuersitas
speciei addita uel subtracta vnitate ut dicit 8.º me^cc.

Ayuntamiento de Madrid

oportet intelligere diuersitatem formarum naturaliũ fm quas cõstituitur materia in diuersis speciebus ex hoc q̃ vna addit perfectionem super aliam. utputa q̃ vna forma constituit in esse corporali tm̃. hunc enim oportet esse infinitũ gradum formarũ naturaliũ eo q̃ materia non est in potentia nisi ad formas corporales. que enim in corpora fuit imaterialia sunt. alia aũt pfectior forma constituit materiam in esse corporali. ⁊ vlterius dat ei esse vitale. ⁊ vlterius alia forma dat ei ⁊ esse corpale ⁊ esse vitale. ⁊ sup̃ addit esse sensitiuũ. ⁊ sic est in alijs. oportet ergo intelligere q̃ forma pfectior fm q̃ constituit materiam in pfectione inferioris gradus simul cum materia. compositum intelligatur ut materiale respectu vlterioris pfectionis. ⁊ sic vlterius procedendo utpote in materia prima. fuit q̃ iã constituta est in esse corporeo est in potentia respectu vlterioris pfectionis que est vita. Exinde est q̃ corpus est genus corporis viuentis. ⁊ animarũ siue viuẽs est differentia. nam genus sumitur a materia ⁊ differentia a forma. ⁊ sic quodãmodo vna ⁊ eadem forma scilicꝫ q̃ constituit materiã in actu inferioris gradus est media inter materiam ⁊ seipsam fm q̃ constituit eam in actu supioris gradus. materia aũt prout intelligitur constituta in esse substantiali fm pfectionem inferioris gradus p̃sequẽs intelligi potest ut accidentib̃ subiecta nam substantia fm inferiorem illũ gradum pfectionis necesse est q̃ habeat aliqua accidentia. ꝓpria que necesse est ei inesse sicut ex mã cõstituta in esse corporeo p formas statim consequũt. ut int in ea ꝯmẽsiões per quas intelligitur materia diuisibilis p diuersas partes ut sic fm diuersas ptes sui possit esse susceptiua diuersarum formarũ. Et vlterius ex quo materia iam intelligitur cõstituta in esse quodã substãtiali intelligi põt susceptiua accidentiũ quib̃ disponitur ad vlteriorẽ pfectionẽ suscipiendã. huiusmodi aũt dispositiões p̃intelliguntur forme ut inducte ab agente in materiã. Iꝫ sint accidentia ita propria forme q̃ non nisi ex ipsa forma causantur in materia. vnde nõ p̃intelliguntur in materia forme quasi dispositiones. sed magis forma p̃intelligitur eis sicut causa effectui. Sic ergo cũ anima fit forma substãtialis. quia constituit hominẽ in determinata specie substantie non est aliqua alia forma substãtialis media inter animã ⁊ materiam primã. sed homo ab anima ipsa ꝓficitur fm diuersos gradus pfectionũ ut sit scꝫ corpus ⁊ corp̃ animatũ ⁊ animal ⁊ rationale. Iꝫ oportet q̃ materia fm q̃ intelligitur ut recipiens ab anima rõnali pfectiones inferioris gradus. puta q̃ fit corpus ⁊ animatũ corpus ⁊ animal intelligitur solum cũ dispositionib̃ cõuenientib̃ q̃ fit materia ꝓpria ad animam rõnalem fm q̃ dat vltimam pfectionẽ. sic ḡ anima fm q̃ est forma dans esse nõ habet aliqd aliud medium inter se ⁊ materiam primã. sed quia eadẽ forma dans esse materie ẽ etiam operationis p̃cipiũ eo q̃ vnũquodq̃ agit fm q̃ est in actu necesse ẽ q̃ anima sicut ⁊ quelibet alia forma fit opationis p̃cipiũ. Sed considerandũ est q̃ fm gradum formarũ in pfectione essendi. est etiam gradus earũ in virtute opandi cum operatio sit existentis in actu. ⁊ ideo quãto aliqua forma est maioris pfectionis in dando esse. tanto est maioris virtutis in opando. vnde forme pfectiores habẽt plures opationes ⁊ magis diuersas q̃ forme miñ pfecte. ⁊ inde est q̃ ad diuersitatẽ opationũ in rebus miñ pfectis sufficit diuersitas accidentiũ. in rebus aũt magis pfectis requiritur vlteriꝰ diuersitas partiũ. ⁊ tanto maiorꝰ quanto forma fuerit pfectior. videmus enim q̃ igni conueniũt diuerse operationes fm diuersa accidentia ut ferri surſũ fm leuitatẽ. calefacere autẽ fm calorem ⁊ sic de alijs. sed tamen quelibet harũ operationũ competit igni fm quãlibet eius partem. corporibus ꝯo animatis que habent nobiliores formas diuersis opationibus deputantur diuerse partes. sicut i plantis alia ẽ opatio radicis ⁊ stipitis ⁊ ramorꝫ. ⁊ quanto corpora animata fuerint pfectiora tanto ꝓpter maiorem pfectionẽ necesse est inueniri maiorẽ diuersitatem in partibus. vnde cũ anima rationalis sit pfectissima formarũ materialiũ: in homine inuenitur maxima distinctio partiũ ꝓpr̃ diuersas opationes. ⁊ anima singulis earũ dat esse substantiale fm illum modũ q̃ competit operationi illarum. cuius signũ est q̃ remanẽte anima non remanet neq̃ caro neq̃ oculus nisi equiuoce. sed cum oporteat ordinem instrumentorꝫ ee fm ordinem operationũ. diuersarũ autem opationũ que fiũt ab alia vna naturaliter precedit aliã: necesse est q̃ vna ps corpis moueatur p aliam ad suam opationem sic ergo inter animam fm q̃ est motor ⁊ p̃cipiũ operationũ ⁊ totum corpus cadit mediũ aliquid. quia mediante aliqua prima parte mouet alias partes ad suas operationes. sicut mediante corde mouet alia membra ad vitales operatiões. sed fm q̃ dat esse corpori immediate dat esse substantiale ⁊ specificũ omnibus partibus corporis. ⁊ hoc est qõ a multis dicitur q̃ alia vnit̃ corpori ut forma sine medio. ut autẽ motor vnitur ei p medium. ⁊ hec opinio ꝓcedit fm sententiam Aristotelis qui ponit animã esse formam substãtialem corpis. Sed quidã ponentes fm intentionẽ Platonis animã vnari corpori sicut vnam substantiã alteri. necesse habuerunt ponere media quibus anima vniretur corpi. quia diuerse substantie ⁊ distantes non colligãtur nisi fit aliquid qõ vniat eas. sicut posuerunt quidam spiritum ⁊ humorem esse mediũ inter animam ⁊ corpus. ⁊ quidã lucem ⁊ quidã potentias anime uel aliqd aliud hõ. sed nullum istorũ est necessariũ si anima est forma corporis. quia vnũquodq̃ fm q̃ est ens est vnum. vñ cũ forma fm seipsam det ee materie. fm seipsam vnit̃ materie ⁊ non p aliqõ ligamentum. hec sanctus Tho. Ex quibus apparet pmo q̃ p eandẽ formã substãtialem homo est substantia ⁊ corpus ⁊ animatũ ⁊ animal ⁊ rõnale ⁊ non p diuersas formas. 2° q̃ p eandem formam non p diuersas: caro hominis est caro. ⁊ os est os ⁊ sic de ceteris: que sunt partes hominis in actu ⁊ non solum in potẽtia proxima uel remota. qõ addo ꝓpter quattuor humores complexionales qui nõ sunt ptes animalis in actu sed in potentia ꝓxima puta per conuersionem digestiuam. vnde non est necesse dicere q̃ anima sit forma substantialis sanguinis aut flegmatis aut colere aut melãcolie: sicut dicitur ⁊ est forma corporis ⁊ cuiuslibet partis animalis in actu puta carnis ossis ⁊ nerui capitis pedis ⁊ hõ. Et aũt predicti humores nõ sunt partes animalis in actu Iꝫ in potẽtia ostendit scũs Tho. prima parte. q. 119. arti. 2° qui est finis sume. specialiter in solutione primi sic dicit: Cum beata virgo fuerit eiusdem nature cũ alijs feminis. ⁊ sequẽs est q̃ habuit carnem ⁊ ossa eiusdẽ nature. carnes autẽ ⁊ ossa sunt actuales partes corpis ex quibus cõstituitur integritas corporis ⁊ ideo subtrahi non possunt sine corrupnõe corpis ut diminutione. Xpus aũt q̃ venerat corrupta reparare: nullã corruptionẽ aut diminutionẽ integritati matris inferre debuit. ⁊ ideo nõ de-

Ayuntamiento de Madrid

